



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Fasti Mariani Cum Divorvm Elogiis In Singvlos Anni Dies  
Distribvtis**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, 1637**

B. Rosa Virgo. 4. Septembris.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44055**

vivere splendor casæ imminens ostendit, & pestis à vicinis populis ALBERTI & D. Catharinæ, cui templum ponere Angelus jussérat, precibus propulsata. Eidem templo illatus ALBERTVS, ambrofiam, quâ, cùm viveret, pastus erat, mortuus etiam spiravit. *Ex vitâ B. Alberti.*

*Dilige totâ animâ Dominum Deum tuum, sponsum tuum, vitam tuam, solarium tuum, consilium tuum, & refugium tuum. Dilige illum, qui tibi est quidquid amabile aut opificiale esse potest: dilige eum castè, devote & sanctè; non verbo, non lingua, sed opera, & veritate.*  
S.Bern.op.de char.c.31.

## B. ROSA VIRGO. 4. Septembbris.

**R**OSAM etiam in autumno donamus, unam eandemque & castis nivibus & verecunda purpurâ formosam. Protulit Viterbum Italæ urbs, fovit D. Francisci hortus, &c, ne malè alii, bene cælum carpsit. Hæc inquam ROSA, ut contra procaces manus se armaret, à primis annis omnibus corporis afflictionibus se dedit. E gravissimo morbo decumbens & jam jam moritura cùm ea de alterâ vitâ differuisset, quæ oculis tunc coram intuebatur, testesque dictorum sorores jam olim defunctas nomine quamque compellasset, VIRGO MATER intervenit, & porro vivere, sed inter eas jussit, quæ Magnum Franciscum sub Minorum veste sequuntur. Quod cùm è morbo recreata ROSA egregiè præstitisset, denuò ad eam Magna MATER inviit. Et sufficere poterat id spectaculum, sed illa alterum objecit, FILIVM tormentis olim omnibus exercitum, qui nimis tot plagis saucius cor amantis etiam ipsum tam sauciavit, ut tum denique verè inter spinas ROSAM dixisset.

dixisse. Sub idem tempus cùm Friderici II. Imperat. factionem castigasset, cum omni familiâ urbe ejecta Sorianum venit. Sed exilium leve Angeli & non multò pòst morte Friderici libera patria fecerunt. Placuit tamē etiam præ hâc cælum, quod quò facilius videret, circa annū M.CC.LIV. oculos clausit. Ex vitâ apud Moniales D.Rosæ.

*Nulla vel brevis hora subrepat, in quâ non habeas memoriam Filii Dei pro tuâ miseriâ, & suâ misericordia Crucifixi. Quid faciet Dominus majestatis, si nos, qui cinis & pulvis sumus, tante misericordia videris ingratos?* S.Bern op.de char.c.32.

## S. EUDOXIUS M. 5.Septembris.

Lamat EUDOXIVS illud hodie nobis: *Ezeas  
aulâ, qui pius esse cupit.* Certè quòd pietatem Christianam coleret, licet aulæ Imperatoriæ comes, aulâ tamen ejectus est. Sed neque extra hanc ferre in EUDOXIO Diocletianus potuit probitatem, sed in vincula jussit abripi, quasi verò vinciri virtus posset. EUDOXIVS ubi adesse exploratores intellexit, nec dum notus mensæ adinovit suæ, lauteque & perquam liberaliter habuit. Inde suus ipse jam proditor, lubens volens ad Imperatorem abiit, pugnansque edidit, quas sperare a voluntario Christi milite posset. Sed neque solus in aciem prodiit. Prodiere cum Duce tam forti milie centum & quatuor, qui omnes ad tyranni pedes cum superstitione primò balteum, mox vitam etiam projecerunt. Atque hi quidem præivere triumphantem EUDOXIVM, qui ex equuleo veluti triumphali curru accepta pro cæli patriâ vulnera jactabat. Secuti deinde sunt amici integerrimi MACARIVS & ZENO, hic in ipso loco supplicii ab

T

EUDOXIO,